



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

33. An ut liberetur anima à Purgatorio in Altari privilegiato debet habere  
Bullam Sacerdos celebrans, an qui facit celebrare? Et quid, si Altare  
privilegiatum sit Religiosorum? Et supponitur, quod ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

# De Altaribus Priuilegiatis. Ref. XXXIII. 21

al huiusmodi Indulgentiae reualidationem, supposito,  
quod per Bullam suspendatur. Quod si Altare priuile-  
giatum sit Religitorum, tunc præter Bullam in cele-  
brante requiritur Bulla in celebrari faciente, ut existi-  
cat Rota. Apud quem sequitur Villalobos tr. 27. clas.  
1.1.1. quia priuilegia Regularium quoad facultates  
per Bullam suspenuntur, & per eas reualidentur.

3. Sed, his non obstantibus, non desunt Doctores  
dilectissimi, quod per Bullam Cruciatæ non suspenden-  
tur Altaria priuilegiata, & præter Carrillum, & Trul-  
loch, alibi à me adductos, nouissimè hanc senten-  
tiam teneri Quintanaducias in Theol. mor. tom. 1. tr. I.  
app. 15. dub. 15. per errorem. 1.4. num. 7. qui id pro-  
ut ex Summario ipsius Bullæ Cruciatæ nam in eo ait  
Commissarius. Suspendimus omnes Indulgentias per di-  
lia Regna, Domina, Infallas, quibuscumque Ecclesiis,  
Hospitalibus, & locis piis, universitatibus, & Confrat-  
eriarum, & singularibus personis concessas. Indul-  
gence vero concessæ pro Animabus Purgatorij, non  
comprendentur sub hac clausula; cum neque loca,  
ni Communitates prædictæ sint, neque pro singula-  
ribus personis in communione loquendi modo recipian-  
ti. Etim vero quis vnguam Purgatorij animam, per-  
ficiens non sicut: Licit enim, physice loquendo, sit  
animalis naturæ individua substantia; semper vero  
in leue cunctis, & canonico, ac in Pontificis Bullis, in  
hiis, antiquæ iuridicis, & non iuridicis Decretis,  
sib[us] perficie nomine intelligitur, vel vivens modo,  
vel qui olim viviebat, vt viviebat, & comprehenditur  
malculus, & femina, vt notant Azeudo ad lib. 1.  
num. 47. s. 1. lib. 8. noua recipit. Gratianus disceptat.  
for. cap. 8. num. 19. Barbola remis. ad ordin. Regni  
Lejan. 1. tit. 36. num. 2. Nec altari priuilegiato  
proprie Indulgentia conceditur; sed anima Purgatorij,  
qua eius fæcium, scilicet, solutionem peccata debite  
peccatum, & ita non suspendentur Indulgentiae  
pro animabus concessæ, seu potius alligata talibus  
Ecclesiis, Altaribus, Confraternitatibus, &c. Tum,  
quæ ex Summario constat, quod solum suspenduntur  
illis, trespaci quorum reualidentur, qui solum via-  
tio sunt, cum in tantum Cruciatam sumant. Et ita  
hanc sententiam docet etiam Lezana in summa qq. re-  
gularum, arb. Altare, n. 16. Vnde ego utramque sen-  
tentiam probabilem esse putto, vt, me citato, obseruat  
Tullio Bull. Cris. in nonissima editione, lib. 1. §. 9. dub. 4.  
et liceat negatiuam sententiam existimem cum ipso  
probabiliorum.

infra Probl. 112. num. 798. & Magister Gallego in Bul-  
lam Cruciatæ cap. 12. dub. 175. sed supposita nostra sen-  
tentia ad præsentem difficultatem respondeat nouissimè  
Pater Andreas Mendo in Bullam Cruciatæ disputat. 2.

cap. 4. num. 20. vbi sic ait: Restat dignoscere, an egeat  
Bulla Cruciatæ is qui celebrat in Altari priuilegiato  
pro anima Purgatorij, an is qui facit, vt celebretur.  
Et suppono, si Religiosus celebret in Altari sui Cœ-  
nobij, cum non indigeret Bulla, quia, vt infra dice-  
mus, & constat ex clausula præsenti; Religiosi absque  
Bulla valent frui gratiis, qua ipsi concessas sunt. In s. sed not.  
hoc dubio insinuat Emanuel Rodriguez, requiri Bul-  
lam in celebrante. At Ludouicus à Cruce tenet requi-  
ri in faciente, vt celebretur. Tenenda est prima sen-  
tentia. Etenim qui celebrat, non qui facit vt celebret,  
lucratur eam pro defunctorum Indulgentiam, sed Bulla  
est necessaria ei, qui lucratur indulgentiam non ei,  
qui non lucrat, ergo est necessaria celebranti, & non  
ei, qui facit, vt celebret.

2. Confirmatur à paritate, si ego intenderem vt  
anima mei parentis à Purgatorio liberaretur media vi-  
sitatione Altarium in die stationis, in qua eiusmodi  
liberatione per Bullam conceditur, & à Ioanne polce-  
rem, vt Altaria visitaret propter hunc finem, nullus  
dicet me indigere Bulla, vt finis ille obtineatur, sed  
Ioannem; quia liberatio animæ tunc ab eius opere, ac  
intentione dependet, non à me, qui medium ad libe-  
rationem non applico, sed dumtaxat preces, aut con-  
siliū impendo, vt impetrē à Ioanne quod opto. Si-  
militer ergo qui facit vt in Altari priuilegiato cele-  
bret solum apponit preces, aut elemosynam, quia  
celebrationem obtinet non vero apponit ipsam cele-  
brationem, qua est medium requisitum ad con-  
sequendam pro defunctoro indulgentiam, & celebrans  
eodem modo medium celebrationis apponit, cum id  
præstet rogatus, aut stipendum pro Missa accepit, ac  
cum vltro id ipsum exequitur. Et sane constat soli ce-  
lebranti commitit facultatem liberandi animam à  
Purgatorio, è formula, qua concediunt, ea enim esse  
solet. Ut quandocumque Sacerdos aliquis Missam de-  
functorum in dicta Capella celebrauit, anima  
ipsa per modum suffragij indulgentiam consequi-  
tur, & à peccatis Purgatorij liberetur. Hucusque  
Mendo.

3. Sed nota, Ludouicum à Cruce non docere vt  
vult Mendo contraria sententiam, nam in Bulla  
Cruciatæ disp. cap. 9. dub. 1. n. 11. hæc afferit: Hinc  
etiam Presbyteri facultates celebrantes in Altari priuile-  
giato nequeant absque Bulla viuorum animam à  
peccatis Purgatorij liberare: Imò nec Presbyteri Regu-  
laris, estò dictum Altare in eundem Ecclesiis exi-  
star, & celebrare pro anima aliquius defuncti. Reli-  
giofi, quia huiusmodi priuilegiorum non conceditur  
pro Religiosis determinatè, sed generaliter pro omni-  
bus fidelibus; secus si dictum altare sit ad instantiam  
alicuius superioris Mendicantium concessum pro de-  
functis, tam Regularibus, quam fæculatibus; tunc  
enim si presbyter Regularis Missam celebrat pro ani-  
ma defuncti Regularis, etiam absque Bulla, conse-  
quentur effectum indulgentia, iuxta præcitatam exce-  
ptionem. Ita Ludouicus à Cruce, qui vt vides non dis-  
sentit à sententia Patris Mendo, vnde nescio quare  
ipse dixerit dissentire.

4. Nota etiam quod post hæc scripta inueni han-  
sententiam docere etiam Patrem Antonium Escobar  
in sua Theol. moral. tom. 1. lib. 7. secl. 2 prob. 113. n. 802.  
posito, quod per Bullam Altaris priuilegiati suspen-  
datur indulxum; & addit, si Altare priuilegiatum sit  
Religiorum, tunc præter Bullam in celebrante, Bul-  
lam requiri in eo, qui celebrare facit; quia priuile-  
gia Regularium quoad fæculatates per Bullam suspen-  
datur;

Sup. hoc in  
Ref. præterit  
s. sed dices  
& pio con-  
infad in 6.  
tatio in vñq.  
Et suppono  
huius tex.  
huius Ref.  
&c.

NNE  
nnia.  
TLL. IV. V.  
III

## RESOL. XXXIII.

de liberetur anima à Purgatorio in Altari Priuile-  
giato debet habere Bullam Sacerdos celebrans, an  
qui facit celebrare?  
Et quid, si Altare priuilegiatum sit Religiorum?  
Eloquuntur, quod per Bullam Cruciatæ suspenduntur  
gloria liberandi animam à Purgatorio concessa in Al-  
taris priuilegiato.  
Etenim Missa dicenda in Altari priuilegiato necessario,  
se dicenda de Requiem, vel sufficiat qualibet alia  
Missæ designata in Missali, vel Ffestinatis, aut  
omnibus dominicis Sacerdos eam applicet defuncto? Ex  
part. 8. & Miss. 8. Ref. 29.

5. Causa est curiosus, & in Regnis Hispaniarum  
omnis frequens, & pro intelligentia huius  
difficultatis notandum est, quod per Bullam Cruciatæ  
suspenduntur gratia liberandi animam à Purgatorio  
concessa in Altari Priuilegiato. Ita ego docui part. 1.  
ref. 11. ref. 26. licet aliqui contrarium probabiliter  
sentiant, & cum ipsis nouissimè Pater Escobar vbi

Sup. hoc sup.  
in §. 1. huius  
Ref. ad med.  
vers. Et sup-  
pono, & in  
Ref. & s.  
not. præterit  
ta in fine  
dicti s.

duntur, & per eandem revalidantur. Quæ quidem sunt valde notanda; nam à pluribus nesciuntur, nec obseruantur.

Sup. hoc in Ref. not. s. 3. Obferua etiam h̄c, dictum Patrem Mendo vbi supra, docere ex formula apponi solita indulgentiis Pontificis Missam defunctorum, quæ in ipsa praescribitur, sumendum esse pro Missa applicata defunctis, ita ut opus non sit quod dicatur aliq. Missa ex designatis in Missali pro defunctis; sed quæcumque alia, sive de Sanctis sive de Tempore, aut Votiva celebretur, dummodo Sacerdos eam applicet defuncto, illum à Purgatorio liberabit. Etenim valor satisfactorius æqualis est respectu animæ liberandæ à Purgatorio, sive hæc, sive illa Missa pro ea celebretur; & cum communiter nequeat Sacerdos dicere Missam ex designatis in Missali pro defunctis, siquidem tenetur celebrare de festiuitatibus occurrentibus Missas, nisi specialis virga ratio, non appareat credibile, Pontificem concedentem Altari priuilegium præfatum, adeo illud restrinxisse, vt in eo columnando liberetur anima à Purgatorio media celebratione Missæ prædictæ, quæ non quotidie, nec communiter potest celebrari. Quin potius Pontificis mens ea videtur, vt qualibet Missa applicata defuncto liberetur anima. Hoc confimat praxis, & persuasio fidelium, vnde in Altaribus priuilegiatis inscribitur, ibi libertari animam à Purgatorio per quamlibet Missam, quæ exprimatur, quānam sit Missa celebranda. Confirmatur etiam à paritate, nam eadem videtur esse concessio facta loco, seu Altari priuilegiato circa liberationem animæ media Missa celebratione, ac facta personis. At, cum Pontifex aliqui concedit, vt celebrant vbiunque Missam libertari animam à Purgatorio, id obtinetur per quamlibet Missam: ergo similiter contingit; cum idipsum concedit Altari. Hæc Mendo. Sed ego \* alibi adduxi Declarationem Sacra Congregationis in contrarium, de qua si authenticè confitaret, esset quidem obseruanda.

\* Alibi sup.  
in Ref. 9. &  
10. & inf. in  
Ref. 41. s.  
Nec desce-  
ram.

#### RESOL. XXXIV.

*An Altaria priuilegiata suspendantur per Jubilæum anni Sancti?*

*Et an in Jubilao anni Sancti suspendantur Indulgencie pro mortuis, quæ viuis conceduntur cum facultate, ut eos applicare valeant pro defunctis? Huiusmodi sunt Indulgencie concessæ granis, Imaginibus, Coronis, Crucibus, Numismatis benedictis, & similibus. Ex part. 9. tract. 2. Refol. 23.*

Sup. hoc  
sap. in Ref.  
31. ad med.  
vcl. v. g. &  
lege doctr.  
Ref. not. seq.  
a S. Et ad  
primum.

§. I. Negatiuè respondeo, qui cquid aliqui afferant, cum Castro Palae tom. 2. tract. 24. disp. vni. punt. 12. num. 7. Layman lib. 5. tract. 7. cap. vli. in fin. Bordono in cons. Regul. tom. 2. ref. 81. num. 36. Quintanadueñas vbi infra, num. 3. Lezana in Summa qq. Regul. tom. 3. verb. Altare, num. 16. Et me citato tenet Bordonius tom. 2. refol. 91. num. 12. quia, ait ille, in Bulla Anni Sancti nulla sit mentio suspensionis Indulgenciarum pro Defunctis, quod est de iure necessarium, cum id sit quid speciale: & sicut Indulgencie viuorum mortuis non prossunt, nisi in illis fiat specialis mentio; ita neque eidem mortuis concessæ, intelliguntur revocatae, nisi de illis fiat expressa mentio. Et pro Anno Sancto adest specialis ratio suspendendi Indulgencias viuorum, vt hac occasione promptiores fiant ad proficiscendum Romanum, vt ibi illas lucentur: quæ ratio non habet locum in mortuis, qui Roman proficiuntur: quia à loco, vbi morantur fideles in peccatis, non datur regressus.

Sup. hoc inf.  
in tr. 4. Ref.

2. Sed hic obiter pro curiosis quero, an in Jubile

Annī Sancti suspendantur Indulgencie pro mortuis, quæ viuis conceduntur cum facultate, vices applicare valeant pro Defunctis. Huiusmodi sunt Indulgencie concessæ Granis, Imaginibus, Coronis, Crucibus, Numismatis benedictis à Clem. VIII. ad instantiam Patrum Societatis Iesu Peruanorum, 39. Augusti, 1596. & à Paulo V. ad instantiam Patrum Societatis Iesu in sua Congregatione Generali 5. Novemb. 1611, & ad instantiam Procuratorum Canonizationis S. Caroli Borromæi, anno 1616. & à Greg. XV. 12. mensis Martij, anno 1622. ad instantiam Procuratorum Canonizationis S. Ignatij, Xaverij, Nerij, Isidori, & Teresij, & ab Urbano VIII. 11. Novemb. 1623, nonnullis à Leone X. Gregor. XIII. & Xysto V. Corona Christi D. vulgo Camaldulae, & similes, in quarum summariorum hæc verba habentur: [Las sobredichas Indulgencias se pueden tambien aplicar por las animas de los fieles difuntos por modo de suffragio.] Et Quintanadueñas in Theol. mor. tom. 1. tract. 8. Appendicis, dub. 14. num. 4. putat, has omnes, & similes Indulgencias non suspendi quoad Defunctos per hoc Annū Sancti Jubilæum: quod satius probatur ex rationibus, quibus ostenditur, quod pro solis Defunctis concessæ non suspendantur. In primis quia eodem modo haec conceduntur à Pontifice, & applicantur à fidelibus, sive illis competant cum hac facultate eas applicandi pro Defunctis, sive pro Defunctis tantum haec concessæ. Ratio est: quia de omnibus his Indulgencie per modum suffragij (id est, auxilijs, & adiutorij Ecclesiastici applicati, vt explicant Vivaldus, Corduba, Coninch, Nauarrus, Valentia, Reginaldus, & alijs apud Bonacimam de Indulgencie, dist. 6. queſt. 1. punt. 6. num. 6.) solūm Defuncto concessis, vel de applicandis illi, licet viuo concessis, aquæ verificatur, quod S. Thomas sit in 4. distinç. 45. queſt. 2. art. 5. queſt. 2. quod non directe, & principaliter, sed tantum secundarij, & indirecte Defunctis conceduntur. Idem docent Cominch distinç. 12. dub. 10. & Suar. distinç. 24. numero 12. & seq. nam Pontifex non absoluuit Defunctum à poena, vt pote in eum non habens iurisdictionem, sed solūm soluit, offrendo ex Thesauro pretium æquivalens pro illo; vel, vt alij ait apud Lugum dist. 27. de paenit. ſect. 5. num. 66. hæc Indulgencie conceduntur directe, & immediatè viuentibus: cum facultate, vt eas, sicut propriæ satisfactionem, transferant ad Defunctos: vel, vt ipse n. 70. explicat, nec viuenti, nec Defuncto immediatè conceduntur: fed, vt addit. num. 7. Pontificem, quando concedi Indulgenciam pro defunctis, ita eleuare ex Thesauro Ecclesiæ opus bonum, & satisfactionem, quod exigit ab aliquo viuente, vt possit habere effectum satisfactionis ultra condignum. Ergo, quoad hanc suspensionem, eadem est virtusque Indulgencie ratio: non in quantum viuis concessa, sed in quantum pro Defunctis applicanda. Præterea, quia applicatio per modum suffragij, quam concedunt Pontifices in rebus iudicatis, idem est, ac concessio pro Defunctis: quia, vt ex Suaro nota. Eminentiss. Lugo, nunquam conceditur Indulgencia per modum suffragij pro viuis: quia viuis est subditus, & capax absorbitonis, cuius Defunctus non est capax.

3. Probatur denique ex Nauarro ita sentiente: Si concessionem viuus Papa esset concessa Indulgencia plenaria ob aliquod opus bonum, & ob idem concessione eiusdem vel alterius dimidia, vel alia, aut aliquanta pars eius, aliquorum dierum, & annorum; licet posset facere illud ad querendam non plenariam; licet non ad querendam plenariam: publicare item non plenariam, vel eam non queri posse monendo: ergo similiter, si ob idem opus potest obtinere Indulgencia pro viuis, & defunctis, pro istis poterit hæc obtinere, & publicari, licet non possit pro illis. Denique ex his